

Quid Metellae accidit?

First, skim over this story using a highlighter or coloured pen to mark any vocabulary you don't know. Use your dictionary to look up these words and label them with their meanings. Then you can start working on writing a translation in your exercise books.

ubi mons flammas emittebat, et cinis de caelo incidebat, Metella in foro erat cum amicis. statim ad villam festinavit, sed iam pavor ubique erat. iter iam nimis difficile erat. prope ludum gladiatorum perterrita constitit et sensim e metu respiravit.

subito gladiator ingens per fumum apparuit. gladium tenebat. 'quis es?' Metellae dixit.

'sum Metella, inquit. 'maritus meus est Lucius Caecilius lucundus. Caecilius est civis Pompeianus.'

'iste mons urbem Pompeios delet. nunc nemo civis Pompeianus est', gladiator dixit. 'dominus noster periit; non iam sumus servi – libertatem habemus. nos gladiatores ad portum fugimus. navem conscendimus et Africam petimus. diutius servi eramus sed nunc domum redimus! tu es femina pulcherrima; tune nobiscum venis?'

'minime, furcifer!' Metella exclamavit, erubescens. 'maritum meum quaero. ad villam contendo. te oro: mihi auxilium dabis?'

gladiator diu ridebat. 'dei Romanos odiunt. flammas de caelo mittunt et eos pro sceleribus puniunt. nulla salus est in Italia. in Africa est vita nova, amicae novae, fortasse etiam novus maritus. tune mecum venis?'

subito Clemens ad Metellam cucurrit. 'domina!' dixit. nobis fugiendum est. Caecilius mortuus est. Quintum multas horas quaerebam sed in urbe non est. domus semiruta ardet. ruinae ubique sunt. ad villam in Herculansenfi fugio. tune mecum venis?'

Clemens Metellam spectabat. gladiator quoque Metellam spectabat. Metella rem diu cogitabat...

Vocabulary

| | | | |
|-------------------|----------------------|---------------------|------------------------------|
| nimis | too | diu | for a long time |
| ludus gladiatorum | gladiators' barracks | odio | (I) hate |
| metus | fear | pro sceleribus | for (their) crimes |
| diutius | (for) too long | salus | security, safety |
| nobiscum | with us | nobis fugiendum est | we must flee |
| erubescens | blushing | multas horas | (for) many hours |
| oro | (I) beg | in Herculansenfi | in the region of Herculaneum |
| dabis | (you will) give | | |

